

Heinrich nimmt das Kanonikerstift S. Maria in Porto bei Ravenna mit allen Besitzungen in seinen Schutz und befiehlt, ihr Gerechtigkeit gegenüber jedermann zu verschaffen und ihr die abgabefreie Zufuhr der Ertragnisse ihrer in Eigenbau bewirtschafteten Güter zu gestatten.

Ravenna, 1186 Oktober 17.

Original in Ravenna, Archivio storico diocesano, S. Maria in Porto, n<sup>o</sup> 63, c. 870 (A).

Fantuzzi, Mon. ravennati 2, 155 n<sup>o</sup> 79 aus A irrig zu 1186 November 16. - Böhmer Reg. 2725. - Toeche Reg. 19. - Stumpf Reg. 4592. - Vasina, Catalogo 156 n<sup>o</sup> 24 Reg. - Curradi, Fonti 770 n<sup>o</sup> 74 Reg. - B.-Baaken Reg. 22.

Einige kleine Faltungslücken beeinträchtigen die Lesbarkeit nicht.

Geschrieben und höchstwahrscheinlich auch verfaßt von H 1.

Zu dem etwas außerhalb Ravennas nahe dem alten römischen Hafen von Classe ehemals am Meeresufer gelegenen Kanonikerstift S. Maria in Porto Fuori vgl. It. pont. 5, 94-100 mit Hinweisen auf DL.III. 113, die Urkunde Ottos IV. von 1210 Februar 28 (B.-Ficker Reg. 353) und DF.II. 978, sowie auch Gehrt, Verbände 115-170. - Vgl. auch D. [52].

Nach einem Hinweis bei Zattoni, Memorie portuensi 9, stiftete Heinrich VI. 1186 der berühmten Madonna Greca in S. Maria in Porto Fuori eine edelsteingeschmückte Krone. Die Madonna Greca befindet sich heute in der zu Beginn des 16. Jahrhunderts in Ravenna erbauten Kirche S. Maria in Porto, in die die Kanoniker 1503 transferiert wurden.

x Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum rex augustus. x Ad eterni regni meritum et temporalis imperii prosperiorem decursum nobis indubitanter proficere confidimus, si ecclesiasticis<sup>a)</sup> personis et viris religiosissimum regalis clementie libenter aperiemus et ipsos ab infestantium molestiis protectionis nostre clipeo defendere studeamus. Quapropter universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris notum fieri volumus, quod nos attendentes sinceram devotionem et religiosam conversationem fidelium nostrorum prioris ecclesie beate Marie in Portu et fratrum ibidem deo militantium ipsam ecclesiam et omnes personas in ea divinis mancipatas et mancipandas obsequiis cum universis possessionibus, quas in presenti habent vel in posterum iuste et rationabiliter poterunt adipisci, sub protectionis nostre tuitionem et defensionem suscepimus. Inde est, quod nos potestati Rauennati tam presenti quam omnibus futuris sive consulibus, qui ibi pro tempore fuerint, et tam presenti quam futuris comitibus Bretenorii ac tam presentibus quam futuris Ancone, Senegalie, Pinsauri, Arimini, Cesene, Foripopilii, Foriliuii, Fauentie atque Ymole consulibus et generaliter omnibus nunciis nostris per Ytaliam ubicumque constitutis districte et sub debito fidelitatis mandando precipimus, ut prememoratis priori et fratribus plenam faciant iusticiam de omni persona, contra quam ipsis querimoniam deposuerint. Universis etiam supradictis sub eodem tenore precipimus, ut prefatos priorem et fratres fructus terrarum suarum, quas operariis et bobus

suis laborari fecerint, in quocumque districto terre ipse site sint, in usus fratrum et pauperum sepedicte ecclesie ad ipsam canonicam libere et sine omni contradictione deferre permittant nullo prorsus banno sive consuetudine ipsis preiudicium faciente. Si quis autem, quod absit, huic regali edicto nostro in aliquo contraire presumpserit, in ultionem temeritatis sue X libras auri fini componat, dimidium camere nostre, reliquum iniuriam passis. Huius rei testes sunt: Gerardus Rauennas archiepiscopus, Rudolfus imperialis aule prothonotarius, Petrus Trauersarius comes Ariminensis, Otto Frangenspanem, Leo de Monumento.

Dat. Rauenne anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VI<sup>o</sup>,  
indictione V<sup>a</sup>, XVI<sup>o</sup> kal. novembr.

(SP.D.)<sup>b)</sup>

- a) *ecclasticis ohne Kürzungszeichen*
- b) *Lederbändchen erhalten.*

Heinrich nimmt die teils namentlich genannten Besitzungen des Bistums **Forlì** in seinen Schutz, bestätigt ihm Immunität und Abgabefreiheit, ordnet die Auslösung verpfändeter Güter an und erklärt zum Nachteil des Bistums abgeschlossene Verträge für wirkungslos.

Cesena, 1186 (wohl Oktober 25).

Abschrift des 13. Jh. in Forlì, Archivio storico diocesano, Archivio del Capitolo, Albo I, n° 23 (B).

Marchesi, Suppl. istor. di Forlì 159 aus B = Böhmer, Acta imp. 157 n° 170. - Toeche Reg. 22. - Stumpf Reg. 4596. - B.-Baaken Reg. 25.

Wiederholung des DF.I. 677 (VU.). Das Tagesdatum fehlt ebenso wie in der Vorurkunde; vgl. dazu die Vorbemerkung zu dieser.

Die Urkunde ist verzeichnet im "Schedario di mons. Giacomo Zaccaria" in Forlì, Archivio di Stato, n° 4713. Zu der Urkunde im Rahmen der Beziehungen von Forlì zu Friedrich Barbarossa und Heinrich VI. vgl. Calandrini - Fusconi, Forlì e i suoi vesovi 529 f.

Henricus dei gratia Romanorum rex augustus. Notum facimus omnibus imperii nostri fidelibus presentibus et futuris, quod [nos]<sup>a)</sup> Foroliuensi<sup>b)</sup> episcopo et ecclesie SUE et episcopatu<sup>c)</sup> hoc gratie nostre donum ob salutem anime nostre concessimus, ut omnes possessiones Foroliuensis episcopatus, que subsequenter in hac pagina notate sunt, et omnia, que nunc in ipso continentur et in futuro iusto acquisitionis titulo ei accrescent, nostra regali protectione, pace et securitate perpetualiter gaudeant. Omnes autem ecclesias episcopatus et possessiones eius sive<sup>d)</sup> earum ubicumque positas liberas, absolutas<sup>e)</sup> et immunes constituimus, ita ut non subiaceant alicui exactioni vel collecte, usui vel abusui, angariis vel perangariis, guardie<sup>f)</sup> vel commendationi nec ulli honeri<sup>g)</sup> vel gravamini. Castrum itaque Castillumi cum curte<sup>h)</sup> et districtu suo, villam Patrignuni, castrum Cumani cum curte sua et districtu, massam Domezani, massam Saturani, massam sancti Laurentii in Nuceto, massam Auerni cum omnibus suis atinenciis<sup>g)</sup> nominatim et specialiter, omnes vero et singulas eiusdem episcopatus possessiones generaliter, ubicumque posite sint, in nostram defensionem et quiete pacis securitatem recepimus et de omnibus eis fodrum nemini persolvatur nisi nobis vel certo misso nostro ad hoc destinato. Si quas vero pignoraticias obligationes rerum ecclesiasticarum ipse episcopus Alexander vel sui predecessores fecerint, licet in aliam formam fuisse conceptus dicatur contractus, debito soluto rationabiliter in irritum reducatur. Et si quid pro usuris exsolutum<sup>i)</sup> fuerit alicui, cum effectu repetatur nec aliquo modo valeant se creditores tueri. Preterea si episcopus vel predecessores<sup>k)</sup> sui contractum aliquem alicui, qui ad dampnitatem ecclesie sue pertineat, etiam \* consensu canonicorum fecerit, nec in vita eius nec post obitum aliquo modo valeat nec teneat

nec in omnibus suprascriptis cursus temporis vel aliqua prescriptio predicto episcopo vel eius legitimo successori noceat. Ut ergo hoc nostre concessionis mandatum ratum et incommutabile teneatur, presentem inde paginam conscribi et maiestatis nostre sigillo insigniri<sup>1)</sup> fecimus statuantes et regali auctoritate precipientes, ut nulla potestas, nullus consulatus, non liber vel servus, non dives, non pauper, nulla prorsus ecclesiastica vel secularis persona hoc nostrum statutum infringere presumat. Quicumque \* huic edicto nostro obviare attemptaverit, X<sup>cem</sup> libras auri persolvat, earum partem imperiali fisco, reliquam episcopo et ecclesie sue cum satisfactione assignans.

Dat. apud Cesenam anno dominice incarnationis  
M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXXVI, indictione V.

- a) *fehlt B, ergänzt nach VU.*
- b) *Foroliniensi B*
- c) *episcopopatui B*
- d) *sue B*
- e) *o wohl aus ci verb., u über der Zeile eingefügt*
- f) *garde B*
- g) *B*
- h) *überflüssige ur-Kürzung über u*
- i) *exolutum B*
- k) *de über der Zeile eingefügt*
- l) *ri wohl aus s verb.*

*Unsicher.*

*Heinrich befiehlt dem Grafen **Walter** von **Fano**, dem Prior von S. Maria in Porto bei Ravenna einige Güter bei Fano aus Königsgut abgabefrei für ihn zurückzugeben.*

*Cesena, (1187 August) 12.*

*In einer Urkunde des Grafen Walter von Fano von 1187 September 5 über die Investitur des Priors mit den bezeichneten Gütern (ed. Fantuzzi, Mon. ravennati 2, 162 n<sup>o</sup> 83) heißt es: Igitur ego comes Gualterius de Phano iussione et precepto domini mei regis Henrici restituo tibi Alimanno priori ecclesie sancte Marie in Portu et tuis successoribus in perpetuum omnes casas et terrena, quas et que habes vel alii pro te in suburbio Phani super litus maris in regione Porte Nove et in regione sancte Marie a Mari, que sunt de regalicia, sine omni pensione et reddito. Ideo hoc facio, quia dominus meus rex Henricus in civitate Cesene XII. die entrantis mensis (ergänze: augusti) in presentia ducis Spoletani et episcoporum, scilicet episcopi Mantuani et episcopi Parmensis et episcopi Reginensis et episcopi Mutinensis et episcopi Cesenatis et Henrici scribani curie et aliorum nobilium plurium precepit michi ut supra restituere et donare sancte Marie in Portu pro anima sua. - Graf Walter investierte den Prior durch seinen Boten und ließ dies beurkunden. - Ob der Befehl des Königs auch schriftlich ausgefertigt wurde, läßt sich nicht sicher sagen. - Bei dem als letzten Anwesenden genannten Hofschreiber handelt es sich offenbar um Magister Heinrich. - Zu Graf Walter von Fano vgl.*

BB 52

4617/52  
Deperditum

*D. [725], zu unserem Deperditum insbesondere  
Frenquellucci, Walterio 128, und ders., Pesaro 238. - Zu  
S. Maria in Porto vgl. D. [22]. - Toeche Reg. 43. -  
Stumpf Reg. 4617. - B.-Baaken Reg. 52.*

Heinrich nimmt dem Beispiel seines Vaters folgend das Stift und die Kanoniker von Santa Maria di Reno nahe Bologna mit ihren Besitzungen in seinen Schutz.

Bologna, 1187 August 18.

Original in Bologna, Archivio di Stato, Demaniale, S. Salvatore, b. 2/2449, n. 10 (A).

Trombelli, Mem. istor. append. 436 n<sup>o</sup> 56 aus A und 392 n<sup>o</sup> 23 aus Transsumpt Kaiser Karls V. von 1533 Januar 20 in Siena, Archivio di Stato, Prov. S. Maria degli Angeli, n<sup>o</sup> 284. - Stumpf, Acta ined. 556 n<sup>o</sup> 395 aus demselben Transsumpt Kaiser Karls V. - Pallotti, Patrimonialità 130, Fig. 1 Faks. - Meiller, Notizenblatt 1, 102 Reg. - Toeche Reg. 45. - Stumpf Reg. 4619. - B.-Baaken Reg. 54 (vgl. Nachtr.).

Als Vorurkunde diente DF.I. 486; die Benützung ist durch Petitsatz gekennzeichnet. - Geschrieben von dem Gelegenheitsschreiber H 4, vgl. die Vorbemerkung zu D.[32]. Die selbständig formulierten Partien entsprechen dem damals üblichen Kanzleistil.

Zu S. Maria di Reno und dessen beachtlichen Besitzungen, zu denen auch die Kirchen S. Salvatore in Bologna und S. Prassede in Rom zählten, vgl. Bocchi, Necrologio v.a. 56 f. und 90-93, Gehrt, Verbände 79-88, 177 und 184 f. (Karten), und jetzt ausführlich Pallotti, Documenti bolognesi 40-47 und ders., Patrimonialità besonders 135 und 139-143; zu den zahlreichen Papsturkunden für das Stift It. pont. 5, 277-283, Bocchi a.a.O. 82 und Pallotti, Patrimonialità 138-141 und 145-148; zu unserer Urkunde Bocchi a.a.O. 98 und Pallotti, Patrimonialità 144 f.

*In dem Nekrolog des Klosters werden Schenkungen Kaiser Friedrichs I. erwähnt, die sonst nicht bekannt sind (ed. Trombelli a.a.O. 341 n<sup>o</sup> 10, Bocchi a.a.O. 126 n<sup>o</sup> [10]); vgl. dazu Bocchi a.a.O. 98 mit Anm. 194 und Pallotti, Patrimonialità 144 mit Anm. 37.*

x Heinricus x sextus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ad eterne vite remedium et presentis regni nostri incrementum credimus accedere, si dei ecclesias et ecclesiasticas personas ab iniustis exactionibus et a malignantium temeritate defensamus<sup>a)</sup> et earum commoditatibus pie et utiliter intendimus. Eapropter notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos divine retributionis intuitu ecclesiam sancte Marie de Reno et fratres et canonicos ibidem deo servientes cum omnibus pertinentiis suis ecclesiis, villis, hospitalibus, castellis, vineis, agris, silvis, terris cultis et incultis, hominibus quoque et colonis et universis possessionibus et rebus tam mobilibus quam immobilibus, quas nunc iuste et rationabiliter tenent<sup>b)</sup> vel in posterum acquirent, in nostram tuitionem ac protectionem suscepimus, in hoc serenissimi patris nostri F(ridericici) Romanorum imperatoris divi augusti pia vestigia sequentes<sup>1)</sup>. statuimus igitur et regia auctoritate firmiter precipimus, ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus vicecomes, nullus nobilis vel capitaneus, nulla potestas, nullus consul, nulla civitas, nullum commune, nulla denique persona magna vel parva, secularis vel ecclesiastica predictos canonicos molestare presumat vel bona eorum diripere aut ab hominibus et colonis eorum aliquas iniustas exactiones extorquere. Quicumque igitur ausu temerario contra hoc nostre constitutionis preceptum facere presumpserit, offensam nostre

maiestatis incurret et decem libras auri purissimi pro pena  
componet, quarum medietas camere nostre, reliqua vero  
medietas ecclesie et canonicis persolvatur.

Dat. apud Bononiam anno dominice incarnationis  
M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>LXXX<sup>o</sup>VII<sup>o</sup>, indictione V<sup>a</sup>, XV<sup>o</sup> kal. septembris<sup>c)</sup>.

(SP.1.)<sup>d)</sup>

- a) *letzter Schaft des m aus t verb.*
  - b) *ursprünglich tenentes, es durch Rasur getilgt*
  - c) *s weit auseinandergezogen zum Füllen der letzten Zeile*
  - d) *braunes Wachssiegel beiliegend (in Schachtel am Boden der Busta, außerhalb des Faszikels 10), Umschrift bis auf Romanor(um) r[ex] weggebrochen; die heute nicht mehr vorhandenen gelb-roten Seidenfäden, die Trombelli beschreibt, sind auf einem Schwarz-Weiß-Foto im Alten Apparat der Wiener Diplomata-Abteilung noch zu sehen.*
- 1) *DF.I. 486.*

**NACH BB 118 REIHEN !!**

Heinrich erklärt, daß er den genannten Konsuln von Piacenza Borgo San Donnino (heute Fidenza) und Bargone unter genannten Bedingungen um 1000 Pfund verpfändet habe, und verspricht die Erneuerung dieser Verpfändung nach seiner Kaiserkrönung.

Lodi, 1191 Januar 21.

Notarielle Abschrift des frühen 13. Jh. in Piacenza, Archivio di Stato, Raccolte di atti costitutivi dell'antica comunità, Registrum Magnum, f. 12' (B). - Notarielle Abschrift aus B von 1295-1308 ebenda, Registrum Parvum, f. 8 (C).

Poggiali, Mem. stor. di Piacenza 5, 6 aus C. - Affò, Storia di Parma 3, 299 Append. n° 1 (= Neudruck 3, 263 Append. n° 1) aus C. - Corna - Ercole - Tallone, BSSS 95, 34 n° 31 aus BC. - Falconi - Peveri, Registrum Magnum 1, 53 n° 31 aus BC. - Böhmer Reg. 2748. - Toeche Reg. 94. - Stumpf Reg. 4670. - Castignoli, Registrum Magnum 20 n° II.6 Reg. - B.-Baaken Reg. 117 (vgl. Nachtr.).

Die Varianten von C blieben unberücksichtigt, da dieses von B abhängig ist.

Wie Csendes, Kanzlei 192 zu Recht vermutet, dürfte das Diplom in Zusammenarbeit zwischen der Kanzlei und einem italienischen Notar entstanden sein. Sichere Hinweise auf einen bestimmten Kanzleinotar gestattet das Diktat allerdings nicht. Auffallend sind der eigentümliche Aufbau des Formulars, das mit einer gleichsam protokollarischen Erklärung des Herrschers einsetzt, und insbesondere die ungewöhnliche Abfassung der Datierung. - Nach der Aussage des Textes wurden über die Verpfändung zwei Urkunden uno tenore hergestellt.

*In die Urkunde floß die auch in der Vereinbarung zwischen dem König und Piacenza D.[118] festgehaltene Bestimmung ein, die Leute von Borgo San Donnino und Bargone sollen eidlich verpflichtet werden, Piacenza im Kriegsfall zu unterstützen, Piacenza hingegen, sie zu verteidigen. Dies ist hier allerdings für den Fall der späteren eventuellen Auslösung der verpfändeten Orte vorgesehen. Vgl. auch die Vorbemerkung zu D.[118]. - Die textliche Übereinstimmung mit D.[118] wurde durch Petitsatz gekennzeichnet.*

*Wie in der Urkunde vorgesehen, wurde die Verpfändung nach der Kaiserkrönung auf Verlangen des Empfängers durch D.[159] in vollem Wortlaut bestätigt und erneuert. Die Urkunde zeigt den hohen Geldbedarf des Kaisers für den Romzug und die Eroberung Siziliens. Mit der Verpfändung von Borgo San Donnino und Bargone an Piacenza wendete Heinrich VI. die Kontrolle über die beiden strategisch wichtigen Punkte, um die seit langem Auseinandersetzungen zwischen Piacenza und Parma bestanden, seinem damaligen Verbündeten Piacenza zu. Borgo San Donnino, an der Via Emilia etwa auf halber Strecke zwischen Piacenza und Parma gelegen, kontrollierte den Eingang zum Apenninabschnitt der Via Francigena, die Piacenza mit Pontremoli und damit die Poebene mit Lucca und Pisa über das Tal des Taro und den Monte Bardone (Cisa-Paß) verband. Die Burg von Bargone war in den Hügeln südlich von Borgo San Donnino an der wichtigen Salzstraße von Salsomaggiore gelegen. Vgl. dazu Racine, Registrum Magnum XXXIV f., und ders., Sviluppo 82 f. und 106 (Anmerkungen).*

*Zu den wechselhaften Beziehungen zwischen Piacenza und dem Reich vgl. Haverkamp, Rapporti 88-97 (Beziehungen 99-109), zu der Verpfändung von Borgo San Donnino und Bargone ebend. 80 (90), weiters Wohlfarth, Heinrich VI.*

*und die oberitalienischen Städte 11 f. Zur Geschichte von Borgo San Donnino zu dieser Zeit und zu den Besitzverhältnissen vgl. Wohlfarth a.a.O. 68-71, Hausmann in den Vorbemerkungen zu den DDK.III. 109 und 283 und Aimi, Storia di Fidenza 49-52, 56 und 69.*

x In nomine sancte et individue trinitatis<sup>a)</sup>. Henricus dei gratia Romanorum rex et semper augustus. x Profitemur nos pignori obligasse et obligamus consulibus Placentinorum nomine<sup>b)</sup> communis Placentinorum<sup>b)</sup>, scilicet Francesco, Albrico vicedomino, Antonio de Fontana, Oberto Gnachio, Burgum sancti Donnini et Bargonum cum omni iure et consuetudine, cum curtibus, districtis, theloneis, redditibus et possessionibus et omnibus pertinentiis ipsorum locorum. Similiter obligamus eis omnes possessiones, quas in predictis curtibus habemus vel antecessores nostri habuerunt, dando eis ius, actiones et potestatem agendi, recuperandi quecumque ex hiis occupata sunt vel alienata vel alio modo detenta, ita, ut predicta omnia iure pignoris habeant et detineant libere et absolute ab omni vinculo atque exactione seu gravamine ab omni persona, \* etiam a nobis et a nuntiis nostris, sub eo tamen tenore, ut homines predictorum locorum iurent Placentinis predicta loca manutenere, custodire et salvare ad honorem et utilitatem communis Placentinorum et mandatis consulum, qui pro tempore fuerint, obedire salva fidelitate imperatoris vel regis, ita tamen, quod omnia, que in predicta obligatione continentur, non imminuantur aliquo modo. Et hoc sacramentum renovetur singulis quinquenniis, cum requisitum fuerit. Que omnia predicta obligavimus pro mille libris imperialium, quas ab eis recepimus ita, quod, quandocumque predicta peccunia a nobis vel a successoribus nostris fuerit restituta, predicta

loca libera et absoluta ad imperium restituantur sub eo tamen tenore, ut soluta pignoratione predictorum locorum homines et curtium semper iuramento teneantur adiuuare Placentinos cum personis et locis de omni guerra, quam habent vel habuerint contra omnem civitatem, locum et personam Lonbardie salva fidelitate \* imperatoris vel regis. Ipsi quoque Placentini iurent defendere et manutenere homines Burgi et Bargoni et loca ipsa salva item fidelitate imperatoris et regis. Et hec iuramenta singulis quinquenniis, si requisitum fuerit, renoventur. Hanc etiam pignorationem non debeamus dissolvere ita, quod alii loco vel persone obligemus. Durante autem obligatione, quoscunque redditus vel fructus seu obventiones Placentini de predictis locis perceperint<sup>c)</sup>, regia liberalitate eis concedimus et donamus. Cumque divina favente clementia Rome coronati fuerimus, renovabimus hanc obligationem, cum requisiti fuerimus<sup>1)</sup>. Ipsi vero Placentini predicta loca, curtes, possessiones et iura bona fide tenebunt et custodient sine fraude. Unde duo instrumenta in uno tenore scripta sunt. Huius rei testes sunt: Wilielmus Astensis episcopus Rauennas electus, Dietherus imperialis aule cancellarius, Heinricus imperialis aule prothonotarius, Robertus de Dorne, Graft de Bocheresberch, Rodolfus camerarius, Heinricus de Lutra, Otto Cendelarius, Passaguerra regalis aule iudices.

Anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>I<sup>o</sup>, indictione nona, actum in civitate Laudensi, dat. Laude XII<sup>o</sup> kal. febr. Data per manum magistri Heinrichi imperialis aule prothonotarii<sup>d)</sup>.

- a) trininitatis *B*
- b) nomine - Placentinorum von erster Hand über der Zeile eingefügt *B*
- c) percepint *B*
- d) königliches Hängesiegel laut *B*.
- 1) Vgl. *D.* [159].

**VOR BB 117 REIHEN !!**

Heinrich vereinbart mit der Stadt Piacenza einen Bündnisvertrag.

(Lodi, vor oder spätestens 1191 Januar 21).

*Abschrift des frühen 13. Jh. in Piacenza, Archivio di Stato, Raccolte di atti costitutivi dell'antica comunità, Registrum Magnum, f. 124 (B). - Abschrift aus B von 1295-1308 ebenda, Registrum Parvum, f. 82' (C).*

*Poggiali, Mem. stor. di Piacenza 5, 8 aus B. - Sforza, Mem. di Pontremoli 2, 254 n<sup>o</sup> 7 aus BC. - Mon. Germ. Const. 1, 468 n<sup>o</sup> 330 aus BC. - Corna - Ercole - Tallone, BSSS 95, 256 n<sup>o</sup> 191 aus BC. - Falconi - Peveri, Registrum Magnum 1, 398 n<sup>o</sup> 183 aus BC. - Toeche Reg. 95. - Stumpf Reg. 4671. - B.-Baaken Reg. 118 (vgl. Nachtr.).*

*Die Varianten von C blieben unberücksichtigt, da dieses von B abhängig ist.*

*Diese Aufzeichnung der Bestimmungen der Übereinkunft zwischen der Stadt und dem Kaiser wurde ins Registrum Magnum von Piacenza aufgenommen, jedoch nicht mit der üblichen notariellen Beglaubigung versehen. Sie bildete die Grundlage für die Abfassung des D.[119]; vgl. die Vorbemerkung zu diesem. Zeitlich ist sie demnach vor D.[119] einzureihen und wohl auch vor D.[117], in dem die Verpfändung von Borgo San Donnino und Bargone an Piacenza mit allen Bestimmungen beurkundet wurde.*

*In unserer Vereinbarung ist vermerkt, die Leute von Borgo San Donnino und Bargone sollen eidlich verpflichtet werden, Piacenza im Kriegsfall zu unterstützen, Piacenza hingegen, sie zu verteidigen. Dies ist in die ausführlich gefaßte Urkunde über die*

Verpfändung D.[117] nahezu gleichlautend eingeflossen, allerdings dort ausdrücklich für den Fall der späteren eventuellen Auslösung der verpfändeten Orte. In D.[119] fehlt dieser Passus, er ist jedoch in D.[158] vorhanden; vgl. die Vorbemerkungen zu diesen beiden Urkunden. In D.[119] findet sich nur ein Hinweis auf die Beeidung der Verpfändung der beiden Orte durch die beiden Kämmerer Rudolf von Siebeneich und Heinrich von Lautern stellvertretend für den König.

Wann genau die Verhandlungen zwischen Piacenza und dem König beziehungsweise seinen Bevollmächtigten stattfanden und wann diese Vereinbarung niedergeschrieben wurde, läßt sich nicht bestimmen. Formal vergleichbar ist der Vertrag, den Friedrich I. 1162 mit Piacenza abschloß (DF.I. 362) und der ebenfalls mit einer kurzen *Invocatio* eingeleitet wurde (In nomine domini amen). Dieser im Original erhaltene Vertrag war besiegelt, die Seidenfäden sind noch erhalten. Ob unsere Punctuation ebenfalls durch Besiegelung Rechtsgültigkeit erlangte oder erst durch das Privileg D.[119] rechtsgültig wurde, läßt sich nicht entscheiden. Auch für den in der Punctuation genannten von Friedrich I. und Heinrich VI. geschlossenen Friedensvertrag mit dem Lombardenbund (DF.I. 848) gab es mehrere Vorstufen beziehungsweise vorangehende Vereinbarungen (DDF.I. 843 und 844).

Zu dem Bündnis Heinrichs VI. mit Piacenza vgl. Haverkamp, *Rapporti* 80 und 108 Anm. 4 f. (Beziehungen 89 f. mit Anm. 4 f.).

Zu der Verpfändung von Borgo San Donnino und Bargone vgl. die Vorbemerkung zu D.[117].

In nomine dei eterni.

Dominus rex adiuvabit et manutenebit atque deffendet civitatem Placentinam et adiuvabit Placentinos manutenebre, deffendere et recuperare omnes possessiones et iura, quas vel que habent vel tenent vel soliti sunt habere et tenere, contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco et persona et de omni guerra vel disscordia, quam Placentini habent vel habuerint. Dominus rex adiuvabit et manutenebit eos usque ad finem ipsis Placentinis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus contra omnem civitatem, locum vel personam, si fuerit in Lombardia, per se et per loca sua, si non fuerit et habuerit nuntium suum, per nuntium suum et per loca sua, si non habuerit nuntium, per loca sua precipiendo sub debito fidelitatis et banni<sup>a)</sup> civitatibus et locis et personis, ut eos adiuvent, et precipiendo civitatibus, locis et personis sub debito fidelitatis et banni, ut eos non offendant. Quodsi eos offenderint et requisiti non emendaverint et non observaverint, mittet eos in bannum. Quod eciam faciet, si in Lombardia fuerit vel nuntium habuerit.

Regalia, si qua forte sint<sup>b)</sup>, que non contineantur in concessionibus factis secundum tenorem pacis<sup>1)</sup>, concedet Placentinis exceptis appellationibus et fodro regali, secundum quod in tenore pacis<sup>1)</sup> continetur. Et ut illa questionis materia remaneat, quantitas fodri regalis in hunc modum cognoscatur<sup>c)</sup>: homines bone opinionis eligantur, qui

melius sciant vel scire possint, quantum consuetum sit dari, et secundum eam quantitatem deinceps, quando fodrum regale dandum erit, detur.

Et homines Burgi et Bargoni iurabunt adiuuare cum personis et locis Placentinos de omni guerra, quam habent vel habuerint contra omnem civitatem, locum vel personam Lombardie salva fidelitate domini regis vel imperatoris, ipsis Placentinis<sup>d)</sup> iurantibus deffendere et manutenere homines Burgi et Bargoni et loca ipsa salva prima fidelitate. Et sacramenta renoventur per convenientia tempora. Predicta loca dominus rex Placentinis obligavit libera et absoluta ab omni vinculo et ab omni persona et eciam a se et omnia iura, que ibi habet in arbitrio sapientum Placentinorum.

Placentini vero adiuuabunt dominum regem manutenere<sup>e)</sup> et deffendere et recuperare omnes possessiones et eius iura, quas vel que habet in Lombardia vel tenet vel solitus est habere vel tenere contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco vel persona. Et adiuuabunt eum de omni guerra et discordia, quam habet vel habuerit in Lombardia. Et adiuuabunt et manutenebunt eum usque ad finem ipso iusticiam facere volente vel non recusante contra omnem civitatem, locum vel personam vel nuntium suum, si habuerit in Lombardia, ipso iusticiam facere volente vel non recusante. Et specialiter adiuuabunt eum manutenere<sup>e)</sup>, deffendere et recuperare possessiones et iura in podere comitisse Matilde in Lombardia ita tamen, ut propter hoc

sacramentum non teneantur facere contra concessionones seu permissiones factas societati Lombardie, Marchie et Romanie. Contra confines civitates cum exercitu militum et peditum, contra alias civitates in Lombardia competens auxilium militum et archatorum [prestabunt]<sup>f)</sup>. Et cum a domino rege vel ab eius nuncio per se vel per litteras requisiti fuerint, ut dent ei conscilium, bona fide conscilium dabunt sufficienti et plena securitate<sup>g)</sup> hinc inde prestanda.

Dominus autem rex recipiet Pontremulenses in plenitudinem gratie sue et in suam deffensionem et protectionem.

- a) *folgt ut, das zu tilgen vergessen wurde, anschließend getilgt eos non offendant*
- b) *folgt non credunt B; diese Worte ergeben keine Sinn und sind in D.[119] weggelassen, vgl. Falconi-Peveri a.a.O. 400 Anm. d*
- c) *cognoschatur B*
- d) *Placentibus B*
- e) *manutere B*
- f) *fehlt B, den Constitutiones folgend ergänzt nach D.[119]*
- g) *davor getilgt voluntate B.*
- l) *Friede mit dem Lombardenbund DF.I. 848.*

Heinrich nimmt die Leute aus Piacenza in seinen Schutz, verleiht ihnen die Regalien in und außerhalb der Stadt mit Ausnahme der Appellationen und des königlichen Fodrums, bestimmt, wie die Höhe dees Fodrums festzulegen ist, vereinbart gegenseitige Hilfeleistung, verspricht, dieses Privileg, dessen Inhalt beide Parteien beschworen haben, nach seiner Kaiserkrönung zu erneuern, und nimmt die Bewohner von Pontremoli auf Bitte der Piacentiner wieder in seine Gnade auf.

Lodi, 1191 Januar 21.

Notarielle Abschrift des frühen 13. Jh. in Piacenza, Archivio di Stato, Raccolte di atti costitutivi dell'antica comunità, Registrum Magnum, f. 100 (B). - Notarielle Abschrift aus B von 1295-1308 ebenda, Registrum Parvum, f. 65' (C).

Sforza, Mem. di Pontremoli 2, 251 n<sup>o</sup> 6 aus BC. - Mon. Germ. Const. 1, 469 n<sup>o</sup> 331 aus BC. - Corna - Ercole - Tallone, BSSS 95, 203 n<sup>o</sup> 149 aus BC. - Falconi - Peveri, Registrum Magnum 1, 298 n<sup>o</sup> 143 aus BC. - B.-Baaken Reg. 119 (vgl. Nachtr.).

Die Varianten von C blieben unberücksichtigt, da dieses von B abhängig ist.

Diesem Diplom liegt die Vereinbarung D.[118] zu Grunde. Bei der Ausstellung der Urkunde änderte sich die Reihenfolge der einzelnen Punkte: Die Verleihung der Regalien ist nun an die erste Stelle gerückt. Die in D.[118] enthaltene Bestimmung über die eidliche Verpflichtung der Leute von Borgo San Donnino und Bargone, Piacenza im Kriegsfall zu unterstützen, und Piacenzas, sie zu verteidigen, floß in D.[117] ein. In

unserer Urkunde ist sie nicht enthalten, es fällt jedoch auf, daß sie sich in ihrer Bestätigung nach der Kaiserkrönung D.[158] wieder findet. Eine sichere Erklärung dafür läßt sich nicht gewinnen. In D.[119] findet sich nur ein Hinweis auf die Beeidung der Verpfändung der beiden Orte durch die beiden Kämmerer Rudolf von Siebeneich und Heinrich von Lautern stellvertretend für den König.

In das Diplom aufgenommen wurden der Hinweis auf die Eide, die die Piacentiner auf die Einhaltung der Abmachung leisteten, und die auf Verlangen alle fünf Jahre wiederholt werden sollten, und jener auf die Beeidung durch die Kämmerer Rudolf von Siebeneich und Heinrich von Lautern stellvertretend für den König. Auch die Verpfändung von Borgo San Donnino und Bargone wurde, wie erwähnt, auf diese Weise beschworen. - Bereits in D.[118] enthalten war die Zusicherung des Königs, die Bewohner von Pontremoli, wichtige Verbündete Piacenzas, in seine Gnade und seinen Schutz aufzunehmen. - Die Übereinstimmungen mit D.[118] wurden durch Petitsatz gekennzeichnet.

Als Verfasser der formelhaften Teile des Stückes kann H 5 in Betracht gezogen werden. Perturbationsverbot und Poenformel fehlen freilich ebenso wie Corroboratio und Zeugenliste.

Der Vorbehalt des königlichen Fodrums enthält einen ausdrücklichen Hinweis auf den Frieden von Konstanz; vgl. Brühl, Fodrum 680, ferner zum Inhalt Wohlfarth, Heinrich VI. und die oberitalienischen Städte 11 ff. - Die in der Urkunde vorgesehene Festlegung der Höhe des Fodrums erfolgte mit 50 Pfund, deren Bezahlung an den Kämmerer Rudolf von Siebeneich in einem Notariatsinstrument vom 19. Februar 1191 festgehalten wurde (ed. Corna - Ercole - Tallone a.a.O. 279 n<sup>o</sup> 218; Falconi - Peveri a.a.O. 441 n<sup>o</sup> 210; vgl. auch B.-Baaken

Reg. Nachtr. N 70.). Aus einem Notariatsinstrument vom folgenden Tag (ed. Corna - Ercole - Tallone a.a.O. 280 n<sup>o</sup> 219; Falconi - Peveri a.a.O. 442 n<sup>o</sup> 211) geht hervor, daß Piacenza für die Überlassung der Regalien 800 Pfund an den Kaiser zahlte. Dazu kamen 200 Pfund für den Kämmerer und andere homines curie, davon 50 für Kanzler Diether von Katzenelnbogen, 40 für Bischof Wilhelm von Asti und 25 für den Protonotar Heinrich von Utrecht. Vgl. dazu auch Bresslau, Kanzleigebühren 242-247 und ders., Urkundenlehre 1, 555, Haverkamp, Herrschaftsformen 2, 698f. Anm. 98, Racine, Plaisance 401, Görich, Ehre 337 f. und 554 Anm. 50 f., und Keupp, Dienst 243 Anm. 666.

Zu Rudolf von Siebeneich vgl. Keupp a.a.O. 240-245, zu der bereits von Caspart, Reichskämmerer 158 f., vorgeschlagenen Identifizierung von Siebeneich mit dem Ortsteil von Bretzfeld im Hohenlohekreis im nördlichen Baden-Württemberg ebend. 245 Anm. 676.

Zu der Urkunde vgl. auch Haverkamp, Rapport 80 und 108 Anm. 4 f. (Beziehungen 89 f. mit Anm. 4 f.).

Die Erneuerung des Diploms nach der Kaiserkrönung erfolgte durch D.[158] (NU.).

(C.) x In nomine sancte<sup>a)</sup> et individue trinitatis.  
Henricus sextus divina favente clementia Romanorum rex et  
semper augustus. x In eminenti throno regie magestatis  
constituti fideles nostros clipeo protectionis nostre dignum  
duximus manutenere, defendere et imperiali dextra iuvare,  
eos precipue, quos speciali<sup>b)</sup> prerogativa<sup>c)</sup> discretionis<sup>d)</sup>  
amplectimur. Noverit igitur omnium fidelium imperii tam  
presens etas quam successura posteritas, quod propter  
preclara servicia, que fideles nostri Placentini hactenus  
imperio exhibuerunt et imposterum creduntur<sup>e)</sup> semper  
exibituri, eos in specialem gratiae et amoris nostri  
plenitudinem et defensionem recipimus concedentes<sup>f)</sup> eis  
regalia in civitate Placentina et extra per totum districtum,  
que tenent vel soliti sunt tenere, si qua \* sunt, que non  
contineantur in concessionibus factis secundum tenorem privilegiorum  
pacis Lombardie<sup>1)</sup>, exceptis appellationibus et fodro regali, secundum  
quod in tenore pacis<sup>1)</sup> continetur. \* Quantitas vero fodri regalis in  
hunc modum cognoscatur: eligantur homines bone opinionis, qui melius  
sciant vel scire possint, quantum consuetum sit dari, et secundum eam  
quantitatem deinceps, quando fodrum regale dandum erit, detur. \* Item  
adiuvabimus et manutenebimus \* civitatem Placentinam et adiuvabimus  
Placentinos manutenere, defendere et recuperare omnes possessiones et  
iura, quas vel que habent vel tenent vel soliti sunt habere vel tenere  
contra omnem hominem, civitatem, locum vel personam et ab omni  
homine, civitate, loco vel persona et de omni guerra vel discordia,  
quam Placentini habent vel habuerint. NOS manutenebimus et iuvabimus  
eos usque in finem ipsis Placentinis iusticiam facere volentibus vel

non recusantibus contra omnem civitatem, locum vel personam, si fuerimus in Lombardia, per nos et per loca nostra, si non fuerimus et habuerimus nuntium nostrum in Lombardia, per nuntium nostrum et \* loca nostra, si non habuerimus nuntium in Lombardia, per loca nostra precipiendo sub debito fidelitatis et banni civitatibus, \* locis et personis, ut eos adiuvent, et precipiendo civitatibus, locis et personis sub debito fidelitatis et banni, ut eos non offendant<sup>g)</sup>. Quodsi eos offenderint et requisiti non emendaverint \*, mitemus eos in bannum et de banno non extrahemus eos, nisi satisfecerint<sup>h)</sup>

Placentinis aut cum voluntate Placentinorum extrahantur. Predicta etiam faciemus, si in Lombardia fuerimus vel nuntium habebimus. Porro ipsi Placentini \* adiuvabunt nos manutenere et defendere et recuperare omnes possessiones et \* iura, quas vel que habemus in Lombardia vel tenemus vel soliti sumus habere vel tenere contra omnem civitatem, locum vel personam et ab omni civitate, loco vel persona. Et adiuvabunt nos de omni guerra vel discordia, quam habemus vel habuerimus in Lombardia, \* usque ad finem nobis iusticiam facere volentibus vel non recusantibus contra omnem civitatem, locum vel personam. Et similiter iuvabunt nuntium nostrum, si habuerimus in Lombardia, ipso nuntio iusticiam facere volente vel non recusante. Et specialiter iuvabunt nos manutenere et defendere et recuperare possessiones et iura in podere comitisse Mathyldis in Lombardia ita tamen, ut propter hoc sacramentum non teneantur facere contra concessionem seu permissionem factam societati Lombardie, Marchie et Romanie. Et nos similiter propter tenorem huius privilegii non teneamur facere contra concessionem seu permissionem factam predictae societati Lombardie, Marchie et Romanie.

Contra confines quidem civitates iuvabunt nos cum exercitu militum et peditum, contra alias civitates in Lombardia competens auxilium militum et arcariorum prestabunt. Cumque a nobis per nos vel per litteras nostras requisiti<sup>i)</sup> fuerint vel a nuntio nostro, ut dent nobis consilium, dabunt bona fide consilium. Cumque Rome coronati fuerimus, renovabimus hoc privilegium<sup>2)</sup>. Predicta autem Placentini iuraverunt bona fide pro parte sua se observaturos et singulis quinquenniis renovabunt iuramenta, si requisiti fuerint. Et nos fecimus Rodolfum de Sibenich et Henricum<sup>k)</sup> de Lutra camerarios in animam nostram iurare predicta nos observaturos pro parte nostra. Similiter fecimus de pignoratione Burgi et Bargoni. Puntremulenses quoque ad petitionem Placentinorum in nostram gratiam et \* protectionem et defensionem \* recipimus.

x Signum domini Henrici sexti Romanorum regis  
invictissimi. (M.) x

Ego Ditherus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi Coloniensis ecclesie archiepiscopi et totius Ytalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno domini M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup> primo, indictione VIII<sup>a</sup>, regnante domino Henrico sexto Romanorum rege gloriosissimo, anno regni eius XX<sup>o</sup>I<sup>o</sup>; datum Laude per manum magistri Henrici prothonotarii XII<sup>o</sup> kal. febr.

- a) sante B
- b) überflüssiges Kürzungszeichen über zweitem i B
- c) rogativa B
- d) disretonis B
- e) NU., credunt B
- f) NU., confidentes
- g) ndant von späterer Hand hinzugezogen

- h) *satisfierint B*
- i) *requesiti B*
- k) *H über der Zeile eingefügt.*
- 1) *Friede mit dem Lombardenbund DF.I. 848*
- 2) *D. [158].*

*Heinrich nimmt die bischöfliche Kirche zu Reggio Emilia in seinen Schutz und bestätigt ihr nach dem Vorbild seines Vaters alle Besitzungen und Gerechtsame, jedoch unter Vorbehalt der kaiserlichen Rechte.*

*Bologna, 1191 Februar 11.*

*Original in Reggio Emilia, Archivio storico diocesano, Archivio capitolare, perg., sub dato (alt cassetta II, n° 343) (A).*

*Ughelli, Italia sacra ed. II. 2, 301 aus A = La Farina, Rischiarazioni e documenti 195 n° 20. - Malaguzzi-Valeri, Canali di Secchia e d'Enza 2/2, 62 n° 17 aus A. - Böhmer Reg. 2749. - Toeche Reg. 97. - Stumpf Reg. 4673. - Milani, Repertorio 476 n° 343 Reg. - B.-Baaken Reg. 121 (vgl. Nachtr.).*

*A ist durch eine etwas größere Lücke und einige kleinere Faltungslücken leicht beschädigt, die sich unschwer aus der Vorurkunde bzw. den Drucken ergänzen ließen.*

*Wiederholung des DF.I. 314 (VU.). Die Abhängigkeit wurde durch Petitsatz gekennzeichnet. Die VU. wiederholt das DO.II. 231. In den Text der VU. eingefügt wurde die Bestätigung des kurz davor von S. Sisto in Piacenza erworbenen Hofes Curtis Nova und des Hofes Cella. Beide Höfe bestätigte Heinrich VI. am folgenden Tag in einer eigenen Urkunde (D.[127]); vgl. die Vorbemerkung zu dieser.*

*Geschrieben von H 6; das Diktat folgt fast zur Gänze der Vorurkunde. Selbständig formuliert ist nur die Arenga, die dem Stil der Kanzlei Heinrichs VI. entspricht.*

*Die bischöfliche Kirche zu Reggio wurde durch zahlreiche Herrscherurkunden privilegiert. Mit der im Text erwähnten Urkunde Kaiser Karls ist wohl das DKar.sp. 235*

gemeint (Anm. 1). Sowohl Kaiser Ludwig der Fromme (DLdF. Dep. 164 und 165) als auch Kaiser Ludwig II. (DLu. II. 133) urkundeten für Reggio, wie aus dem DKa. III. 47 hervorgeht (Anm. 2). Die Urkunden sind verloren. Kaiser Berengar I. beurkundete zahlreiche Einzelschenkungen (DD Berengar I. 20, 35, 42, 83 und 92) (Anm. 3). Von der verlorenen Urkunde Kaiser Lamberts haben wir nur aus dem unserem Diplom zugrundeliegenden DO.II. 231 Kenntnis (Dep. Lambert 1) (Anm. 4). Im Text nicht erwähnt sind die großen Privilegien für Reggio DDO.I. 242, 256 und 268 sowie das DH.II. 478.

Zu unserer Urkunde vgl. Pallotti, Azzo VI, 17 f. - Zu den ehemaligen Höfen und Pieven von Novi di Modena, Santo Stefano und Mercoriatica (Sant'Antonio in Mercadello) vgl. Corti, Novi 27 f., zu Santo Stefano weiters Calzolari, Santo Stefano 26, und Ferretti, Vicus Longus 31-36. - Zur Lage des Waldgebietes der Lama Fraolaria nahe Cerreto Laghi und Collagna (Ventasso, Reggio Emilia) vgl. Cavalazzi, Creazione 22 Anm. 64, und ders., Ordine fragile 26 Anm. 42. - Zu der ehemaligen curtis von Nassetta, zwischen Acquabona, Vallisnera und Collagna (Ventasso, Reggio Emilia) gelegen, vgl. Cavalazzi, Creazione 62 Anm. 204.

Eine curtis de Melitulo cum plebe wurde durch Otto II. 980 Oktober 14 der bischöflichen Kirche zu Reggio Emilia bestätigt (DO.II. 231), eine villa de Melitulo durch Otto III. 996 den Kanonikern zu Parma (DO.III. 210). DO.II. 231 wurde durch DF.I. 314, unsere Vorurkunde wiederholt. Die üblicherweise vorgenommene Gleichsetzung der curtis de Milituno cum plebe unserer Urkunde mit Meletole, Castelnovo di Sotto, Reggio Emilia, wird dadurch in Frage gestellt, daß die Nennung der curtis in der Besitzliste zwischen jene von Arceto und Salvaterra gesetzt ist, die nur fünf Kilometer voneinander entfernt südöstlich von Reggio Emilia liegen, während sich

*Meletole in einer Entfernung von fast 40 Kilometern von den beiden Orten nordwestlich von Reggio befindet. Die Besitzliste folgt sonst einer gut erkennbaren geographischen Ordnung.*

*Dorsualvermerk wohl aus der zweiten Hälfte des 13. Jh.:*

*Exemplatum et auctenticatum per Iohannem de Parma. -*

*Dorsualvermerk wohl von Ende 13./Anfang 14. Jh.:*

*Privilegium, qualiter dominus H(e)nrucus sextus Romanorum rex confirmavit ecclesie Regine [omnes] curtes et plebes omnesque res et proprietates iacentes in comitatu Regiensi seu Parmensi, Mutinensi atque Bononiensi, Veronensi ac Papiensi comitatibus, anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XCI, indictione VIIII.*

*Exemplatum et autenticatum per Iohannem de Vldicionibus de Parm(a). - Der in den Vermerken genannte notarius sacrii palatii Giovanni Uldicioni fertigte in den Jahren 1271/1272 zahlreiche beglaubigte Urkundenabschriften aus dem Archiv an; vgl. Milani a.a.O. n<sup>o</sup> 1-3, 11, 13, 17, 30, 47, 52, 72, 78 und 212; ein von ihm gefertigtes Notariatsinstrument von 1276 März 13 ebendort n<sup>o</sup> 818.*

(C.) x In nomine sancte et individue trinitatis.

Heinricus sextus divina favente clemencia Romanorum rex et  
semper augustus. x Apud regem regum nobis summopere  
speramus proficere, si ecclesiis dei et earum personis iura  
sua conservamus illibata. Inde est, quod preclara felicitis  
memorie patris nostri Friderici Romanorum imperatoris divi  
augusti vestigia sequentes ecclesiam beate Marie apud Regium  
cum universis possessionibus suis, rebus et personis in  
nostre maiestatis defensionem recepimus eique imperiali  
auctoritate confirmamus omnes curtes et plebes omnesque res et  
proprietates in eodem Regiensi comitatu seu Parmensi, Mutinensi atque  
Bononiensi, Veronensi ac Papiensi comitatibus iacentes \* per precepta  
antecessorum nostrorum \* imperatorum Karoli<sup>1)</sup>, Ludewici<sup>2)</sup>, Lamberti<sup>3)</sup>,  
Beringarii<sup>4)</sup> aliorumque imperatorum et regum seu quorumcumque hominum  
per aliquas inscriptiones et testamenta \* eidem ecclesie legitime  
assignatas, videlicet omne districtum, theloneum, terraticum,  
strataticum omnemque publicam functionem tam infra eandem Regiensem  
civitatem quam extra in<sup>a)</sup> circuitu<sup>b)</sup> per IIII<sup>or</sup> miliariorum spatia nec  
non etiam curtem Massenzatica, curtem, que Noue dicitur, cum plebe,  
curtem de sancto Stephano cum plebe, curtem Mercoriatica, castellum de  
FauOriCe cum plebe, insulam de SuCCaria cum plebe et suis  
pertinentiis, plebem de Luciaria, plebem de Wardastalla, plebem de  
Pigunaca, plebem de Reuere, curtem sancti Martini de Spino cum piscariis  
et paludibus, plebem de Carpo, plebem de Herbaria, Cardignaculam cum  
capella, plebem de Prato cum castallo<sup>c)</sup>, curtem de Campo Rotundo cum  
plebe, plebem de Bannio cum curte, castellum de Arceto cum suis  
[parti]nentiis<sup>d)</sup>, curtem de MilituNo cum plebe, curtem de sancto

Saluatore, plebem de sancto Eleucadio, plebem de Catellerano<sup>e)</sup> cum curte, capellam de Rodilia cum suis pertinentiis, plebem de Tuano, plebem sancti Uitalis de Uerabulo, curtem de Menotio cum plebe, capellam de Uelonio, plebem de Bismanto, villas etiam LammaSraularia<sup>f)</sup> et Nasseto et rivum Diluuii, montem insuper, qui Roxolo dicitur, corticellam, que Belelli dicitur, precarias, que sunt in Pidiliano, cum ecclesia sancti Prosperi, plebem de Lezolo, plebes de Pulianello et Bibiano ac Cauiliano, curtem de Albinea cum plebe, castellum de Querzola, curtem de Runcosisuli cum silva, plebem de Modelena, curtem de Marore, terram, que est in Feraria et in Cugumario et in vico Variano et in castello Cumaclo intus et de foris cum salinis, terras cum olivis et vineis in Garda, terram in civitate Papiæ tabulas LII et extra pratum de Vaccile aliasque curtes et plebes cum omnibus terris, capellis, vineis, pratis, silvis, venationibus, aquis, rivis, piscationibus, molendinis, paludibus, rupibus, alpibus, montibus et vallibus et planitiebus, servis et ancillis, aldiis et aldiabus et omni familia utriusque sexus et omni integritate predictarum curtium et plebium una cum capella de Sesso cum silva et eius omnibus pertinentiis, cum lacu etiam, qui Vico dicitur, cum loco insuper, qui Caldeuase nominatur, omnibusque rebus mobilibus et immobilibus in prenomatis locis pertinentibus, ut prelibata ecclesia predicta omnia loca cum omnibus in integrum eorum pertinentiis habeat, teneat et in eternum firmiter possideat omnium hominum contradictione remota.

Preterea confirmamus eidem Regiensi ecclesie curtem unam in comitatu et episcopatu Regino, que dicitur Curtis Noua, quam nuper obtinuit de abbate de Placentia sancti Sixti, et curticellam quandam, que Cella dicitur, sitam in episcopatu

Regino inter Regium et P[ar]mam<sup>g)</sup>. Concedimus insuper eidem \*  
ecclesie eiusque, qui pro tempore fuerint, vicariis, ut nostra imperiali  
fulti auctoritate habeant potestatem castella, munitiones, \* libellaria  
a decessoribus episcopis iniuste et inordinate factas frangere et deo  
placite omnia ordinare. Addimus denique huic nostre sanct[ioni, ut  
nulla]<sup>h)</sup> prescriptio XXX<sup>a</sup> vel XL<sup>a</sup> annorum vel etiam centum annorum  
tempus ecclesie supradicte vel alicui actioni ipsi ecclesie competenti  
noceat. Hec omnia supradicta Regiensi ecclesie confirmamus salva per  
omnia imperiali iusticia. Si quis autem temerarius violator, quod minime  
credimus, hoc nostrum preceptum in[fr]ingere<sup>h)</sup> temptaverit et res  
prefate ecclesie invadere aut intromittere sine licentia eius  
episcoporum abhinc in an[t]ea<sup>h)</sup> presumpserit, cognoscat se compositurum  
auri cocti libras mille, medietatem Camere nostre et medietatem eidem  
nominate Regiensi ecclesie ac eius vicariis. Huius rei testes sunt:  
Wilhelmus Astensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus,  
Bernardus Parmensis episcopus, Arditio<sup>i)</sup> Mutinensis  
episcopus, Bonifacius Nouariensis episcopus, Gerardus  
Bononiensis episcopus, Gerardus Beluen(iensis) episcopus,  
patriarcha Aquilegie Godefridus, Cu<sup>o</sup>nradus dux de  
Rote(n)b(ur)c, Bonifacius marchio Montisferrati, comes  
Rabodo de Ortenb(er)c, Robertus de Durne, Heinricus Testa  
marscalcus, Heinricus camerarius de Lutra et alii quam  
plures.

x Signum domini Heinrici sexti Romanorum regis  
invictissimi. x (M.)

Ego Ditherus imperialis aule cancellarius vice domini Philippi [C]oloniensis<sup>h)</sup> archiepiscopi et tocius Ythalie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M<sup>o</sup>C<sup>o</sup>XC<sup>o</sup>I, indictione VIII<sup>a</sup>, regnante domino Heinrico sexto Romanorum rege gloriosissimo anno regni eius XX<sup>o</sup>II<sup>o</sup>; datum Bononie per manum magistri Heinrici imperialis aule prothonotarii III idus febr.; feliciter amen.

(SP.D.)<sup>k)</sup>

- a) i mit Kürzungszeichen nachträglich von erster Hand eingefügt
- b) überflüssiges Kürzungszeichen über u
- c) A irrig statt castello VU.
- d) perti durch Lücke zerstört A
- e) castro Oloriano VU., heute Castellarano
- f) statt Lammafraularia VU.
- g) durch Riß in der Faltung beschädigt
- h) durch Lücke im Pergament beschädigt
- i) d wohl sofort aus a verb.
- k) zwei Einschnitte in der Plica.
- 1) wohl DKar.sp. 235; vgl. Vorbem.
- 2) vgl. Vorbem.
- 3) Dep. Lambert 1; vgl. Vorbem.
- 4) vgl. Vorbem.

Heinrich gewährt der Stadt Bologna das Münzrecht, mit dem er den Podestà Agnellus investiert.

Bologna, 1191 Februar 12.

Abschrift von 1257 in Bologna, Archivio di Stato, Comune, Governo, Registro Nuovo, f. 14' (B).

